ecclesiam spectabat, Ludovico[a]) lantgravio inbeneficiatam cum Edelgero de Ilvelt, qui ipsam beneficiali iure ab eodem lantgravio susceperat, prediis suis, que in Werthere et Wesungen possederant, permissione sepe dicti lantgravii cambivisse et sic quieta possessione mutatis prediis utramque ecclesiam bona sibi concessa in usus suos redegisse hec nostra auctoritate rata esse volumus et sigilli nostri impressione corroboramus. Acta sunt hec anno domini M C LV coram hiis testibus. Lantgravio Ludewico. Comite Ludewico de Lare. Sigebodone de Scartfelt cum filio suo eiusdem nominis. Friderico de Bichelingen. Friderico de Kirberg. Godefrido de Lingenhagen. Bobbone de Blankenheim cum filiis suis et aliis multis.

## 261.

*Kaiser Friedrich I. bestätigt dem Grafen Guido von Biandrate seine Privilegien. — Zeuge: Landgraf Ludwig.* **Frankfurt, 1156 Febr. 20.**

*Gedr.: Böhmer, Acta imp. 1,90. Stumpf 3736.*

— — testes, qui presentes aderant subter notari fecimus, quorum nomina hec sunt. Arnoldus Moguntinus archiepiscopus. Arnoldus Coloniensis archiepiscopus. Hertwicus Bremensis archiepiscopus. Eberhardus Bambergensis episcopus. Heinricus Leodicensis episcopus. Gebehardus Wirceburgensis episcopus. Guntherus Spirensis episcopus. Burcardus Argentinensis episcopus. Cunradus Wormaciensis episcopus. Heinricus dux Saxonie. Bertholfus dux Burgundie. Conradus dux frater imperatoris. Fridericus dux Suevorum. Ludewicus provincialis comes Thuringie. Otto et Fridericus palatini comites de Widelinesbach. Comes Fridericus de Bichelingen. Comes Bertolfus de Andesse. Comes Emecho de Liningen. Marquardus de Grumbach. Ulricus de Hurningen et alii quam plures. Comes videlicet Gozwinus de Heinesberc. Hugo comes de Dagesburc.

Predicto vero comiti liberam potestatem iusticiam et iudicium faciendi per comitatum suum imperiali auctoritate concedimus et confirmamus.

Signum domni Friderici (M.) Romanorum imperatoris augusti.

Ego Arnoldus Maguntine sedis archiepiscopus et archicanzellarius recognovi.

Datum Frankenfort x. kal. marcii, indictione IIII, anno dominice incarnationis M C LVI, regnante dommo Friderico Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius V, imperii vero I.

## 262.

*Markgraf Konrad beschenkt das von ihm gegründete Kloster Petersberg.* **[Petersberg], 1156 Nov. 30.**

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 63. S. = Taf. I. 3 hinten aufgedrückt und mit Pergamentstreifen befestigt. Die Urkunde ist vom Empfänger geschrieben.*
*Gedr.: Köhler, Das Kloster des heil. Petrus auf dem Lauterberge bei Halle 47.*
*Anm.: Vergl. No. 263.*

⁝ In nomine sanctę et individue trinitatis. Ego Cuonradus divina favente clementia marchio Misnensis et Lusicensis. Omnibus Christi fidelibus in perpetuum. ⁝ | Apud universos

**260.** *a) Statt* Ludovico *im Dipl.* s.